Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

custodiui Bonus es tu et
in bonitate tua doce me iusti-
ficationes Multiplicata sunt super
me iniquitates superborum ego
autem in toto corde meo scrutabor
mandata tua Coagu-
latum est sicut lac cor eorum
ego vero legem tuam meditatus
sum Bonum mihi quia humiliasti
me ut discam iustificationes
tuas Bonum mihi lex oris
tui super milia auri et argenti
Manus tue domine fecerunt me
et plasmauerunt me da mihi
intellectum ut discam mandata
tua Qui timent te videbunt
me et letabuntur quia in verba
tua speraui Cognoui
domine quia equitas iudicia
tua et in veritate tua humilia-
sti me Fiat misericordia tua ut
consoletur me secundum eloquium
tuum seruo tuo Veniant mi-
serationes tue et viuam quia
lex tua meditatio mea est
Confundantur superbi quia
iniuste iniquitate fecerunt in me
ego autem exercebor in manda-
tis tuis Conuertantur mi-
hi timentes te et qui nouerunt
testimonia tua Fiat cor
meum immaculatum in iustifi-
cationibus tuis ut non confun-
dar Dominus diebus ann Alle-
alle alle alle alle alle alle Cap
et coll'ta de dominica ad omnes
hores dicuntur R Inclina cor
meum deus in testimonia tua V
Auerte oculos meos ne videant
vanitatem in via tua viuifica me
Inter V Ego dixi domine miserere mei
Sana animam meam quia peccaui tibi
Filiis diebus ann Dirige me
domine in semita mandatorum tuorum
Cap Sana me domine et sa-
nabor saluum me fac et salui
ero quoniam laus mea tu es
R Sana animam meam Quia pec-
cauui tibi V Ego dixi domine mise-
rere mei Quia V Adiutor mei
esto domine ne derelinquas me Neque
despicias me deus salutaris meus
K K Pre mi et ne Preces
Ego dixi domine miserere mei
Sana animam meam quia peccauui
tibi Conuertere domine usque quo
et deprecabilis esto super seruos
tuos Fiat misericordia tua domine super
nos Sicut admodum speramus
in te Sacerdotes tui induantur iustitiam
Miserere cui Gloria p in xlma ad
dit ps Deus misereatur cum Gloria
p Oro dominicalis sequitur ps
Deus misereatur qui et benedicat